

- parricidio proximum, & vtriusque sceleris vtplurimum radix est avaritia, vt Ant. Sylvius (4) advertit, ac proinde Polygnot. in descriptione inferorum, propè eum qui patre contumeliosè pulsaverat, iacètem sacrilegum pinxit, quem mulier multiplici venenorum, & tormentorum specie cruciare non desinit, vt Pausanias (5) testatur. Sed est adhuc, cur in suprascripto Valerij loco hæere quis possit. Primo dum tradit, non multò post Tarquinij tempora cullei supplicium parricidis inflatum: ac rursus, dum id lege effectum fuisse demonstrat. Nam illud Tito Liv. (6) & alijs repugnat, ex quibus iam alio loco docuimus, primum omnium Public. Malleol. sive vt Plutar. (7) existimat, Lucium Hostium matre interempta, anno ab vrbe cõdita sexcentesimo hanc poenam subiisse, atque ita quadringentis amplius annis post Regum tempora. Posterius verò Modest. responso (8) non leviter adversatur, quo, hanc de qua agimus poenam, non lege aliqua, sed maiorum more institutam fuisse docemur. Et quidem à prima difficultate, Steph. Pighius, (9) auctoritate manuscriptorum codicum, Valerium absolvit, contendens, negationem ex eius verbis tollendam, legendumque multò post, cum hoc historiæ, & probatorum librorum fides expollet: quam emendationem Iacob. Cuiac. (10) cum Glareano omni opere admittit, & alterius quòque manuscrip. codicis, qui in Biblioth. S. Victoris reperitur, testimonio confirmat. A secunda verò ipse idem Cuiac. (11) Valerium liberare contendens, legem ab eo pro more vsurpari ait. Mos enim pro lege est, & vt Vlp. & Iulian. (12) fatentur, *diuturna & inveterata consuetudo pro iure & lege nõ immeritò custoditur, & in his quæ ex nõ scripto descendunt, observari solet.* Ego verò hac in re Pighij, & Cuiacij iudicio acquiescere nequeo, nam præter Valerium, singulare hoc supplicij genus, nominatim parricidis legibus esse irrogatum, Quintilianus (13) de eo loquens, his verbis ostendit. *Tumulo tectus videretur, cui leges terram negant? cui statim ora, oculosque à iudicio lex insit obducit? &c.* Quin vt optimè Petrus Ærodius (14) considerat, Cicero (15) etiam ipse, hoc apertissimè demonstrat, dum præ Solone laudat maiorum
- (4) *Ant. Clar. Sylvius ad ll. xij. c. 18.*
- (5) *Pausa. in Phoc.*
- (6) *Livius lib. 48.*
- (7) *Plur. in Romul.*
- (8) *Modest. l. poena ad l. Pomp. de par.*
- (9) *Steph. Pighius in annot. ad Valer.*
- (10) *Cuiac. in not. ad Paul. lib. 5. sentent. tit. 24.*
- (11) *Cuiac. eod. loc. Hieron. Magius lib. 4. misc. cap. 8.*
- (12) *Vlpian. in lege diutur. Iulian. in l. de quibus. D. de legibus.*
- (13) *Quint. in de- clamat. 299.*
- (14) *Petr. Ærod. li. 8. rer. iud. tit. 6. cap. 9.*
- (15) *Cicer. d. orat. pro Roscio.*

iorum suorum prudentiam, quod ille nullam legibus suis in eum, qui parentem necaret poenam constituisset. Romani contra: cum intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium singulare in parricidas excogitaverint, ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, is magnitudine poenae maleficio submoverentur. Plane enim immerito Solon reprehenderetur, si prius quam hoc crimen Malleoli factum, & scelere committeretur, nihil de ea re Romanis suis legibus decrevisset. Sed & advocari hanc item in partem Orosij (16) auctoritas potest, qui cum Malleoli matricidio urbem totam mœre subito turbatam dixisset, statim impleverunt, subdit, *Romani facinus & poenam, unde Solon Atheniensis decernere ausus non fuerat, &c.* quod fit, ut necesse videatur, poenam hanc iam tunc legibus definitam fuisse. Quæ argumenta tanti apud Petrum Ærodiū (17) fuerunt, ut nihil in Valerio mutandum affirmet, & quod Duum-viri supplicium, non multo post parricidis lege irrogatum esse ait, ad leges duodecim tabularum referendum arbitretur, quarum hanc poenam constituentium verba sibi agnoscere in Modestino (18) videtur, cum ait: *Casum virgis sanguineis insui.* Ego quidem, quo primum tempore hoc apud Romanos supplicium institutum fuerit, nunc amplio, & propter diversas scriptorum sententias mihi non liquere pronuncio. Quod vero ad introductionis modum spectat, lege id, non more receptum fuisse magis existimo: nec vni Modestino, plus quam Valerio, Quintil. Ciceroni, & alijs, qui vna hoc lege inductum consentiunt, tribuere possum. Trahit me etiam in hoc iudicium Paul. Orosius, qui in superascripto capite inquit, Romanos, parricidium fieri posse, Malleoli exemplo doctos, supplicium singulare sanxisse; quod quidem loquendi genus, legem potius sapit, quam morem; mos namque diuturno usu, & crebris populi exemplis inducitur: lex vero vno ictu, quæ è republica esse videntur statuit, & sancit. (19) Accedit his, Modestinum, quidquid maiorum more cullei poena puniri parricidas scribat, non excludere quin ea, lege aliqua induci cœperit: Sæpe sapius namque poenæ more maiorum sumi, imponique dicuntur,

(16) Paul. Oros. lib. 5. c. 16. in fine.

(17) Pet. Ærod. sup.

(18) Mod. d. l. pœna mult.

(19) l. de quibus cum sequentibus. D. de legibus. c. 3. &amp; 4. l. dist. c. 12. dist. l. a. rē Conanus. l. com. c. 10.

(20) Sallust. in Ca-  
tilin.

(21) Varr. lib. 60.

(22) Cornel. Tacit.  
lib. 20. annal.

(23) Valer. lib. 4. c.  
7. in principio.

(24) Sidon. li. 3. e-  
pist. 12. vbi Pet. Col-  
vius alia congerit,  
& multa Pet. Faber  
lib. 2. Semestr. c. 7.  
(25) Vlp. in l. patre  
furioso, D. de his  
qui sunt sui.

(26) Eguin. Baro. in  
d. l. patre furioso.

(27) Conan. libr. 2.  
com. c. 13. Revat. ad  
ll. 12. c. 3.

quæ ex certis aliquibus legibus originem traherent. Sic enim Sallust. (20) *De confessis*, inquit, *sicuti de manifestis rerum capitalium more maiorum supplicium sumendum*. Et Varro: (21) *Vix hæc fatus erat, cum more maiorum de ponte in Tiberim deturbant*. Et Tacitus: (22) *Elanguimus patres conscripti: nec iam ille Senatus sumus, qui occisso Nerone delatores, & ministros more maiorum puniendos flagitabat*. Et Valerius: (23) *Nam cum Senatus Rupilio, & Lenati consulibus mandasset, ut in eos, qui cum Craccho consenserant, more maiorum animadverterent*. Sic denique Sidonius etiam Apollinaris, (24) cum propria manu a quibusdam, qui maiorum suorum sepulchra violabant, vindictam sumpisset, pronunciasse iudicem ait, *more maiorum reos tanta temeritatis iure casos videri*. Et Vlpianus (25) noster haud dissimiliter, patriam potestatem, quam constat regijs, & decem-viribus legibus institutam, maiorum moribus tribuit, sic inquit: *Nam cum ius potestatis moribus sit receptum, &c.* vbi Accurs. non omnino ineptè, iure civili, & legibus interpretatur, quamvis eum Eguinarius Baro (26) reprehendat: & Franciscus Conanus, & Iacobus Rævardus (27) aliter, atque aliter Vlpiani verba exponentes, rei jcient.

## CAPVT NONVM.

*Cullei supplicium Modestinum mori maiorum tribuere. Iustinianum id novè à Pompeio institutum testari. Martianum parricidas pœna legis Cornelia de sicarijs puniendos docere. In hac pugna Hotoman. Cuiac. Balduinum, Sigonium, Anton. Augustin. Duaren. & alios, nihil, quod probari possit, dixisse. Quid nos in difficili hoc articulo existimemus. Multis iuribus lux allata. Eum qui ab alijs inventa restituit, aut reformat, sibi interdum totius rei nomen adsumere.*



ERVUM enim verò hæc, quæ de huius supplicij ini-  
tiji, & origine, tam latè in præcedenti capite dis-  
putavimus, incassum dicta videri poterunt, nisi  
duplicem obicem, seu scrupulum removeamus,  
quo tota hæc res oppidò turbari, & obscurari videtur. Prior  
est,

est, quòd Martianus I. C. (1) non antiqua aliqua, & incognita lege, non etiam maiorum more, vt Modestinus (2) scribit, sed pœna ea quæ est legis Corneliæ de sicarijs, parricidas teneri testatur. Alter verò, quòd Iustinian. Cæsar, (3) asperrimo huic parricidij crimini, lege Põpeia novam hanc cullei pœnam irrogatã esse, expressis verbis ostendit. Quod si ita est, Modestinum, cæterosque etiam Romanæ historiæ auctores, quorum testimonia laudavimus; peccare necesse est, dum eam multis ante Pompeium annis institutam, & maiorum moribus à Romanis observatam esse, fatentur. Propter quas difficultates interpretes varias in hoc articulo sententias comminiscuntur, quæ tamen se invicem perimunt, vt milites illi, quos, aiunt, ex Draconis dentibus natos. Et vt varia relinquam Accursij, (4) & Accursianorum interpretamenta, quæ neque ipsis auctoribus satis probantur: Catelianus Cota, Franc. Hotom. Pardulphus Prateius, Aymar. Rivarius, (5) & alij, Iustiniani verbis allecti, indistinctè hanc cullei pœnam, singularèque parricidarum supplicium Pompeianæ legi assignant, & tribuunt, quorum iudicium invenio à Paulo quòque Manutio (6) fuisse receptum. Qui tamen non satis stabili pedamento nituntur, cum Romanæ historiæ veritas refragetur, quæ multis antè Pompeium annis, hoc supplicium parricidis irrogatum ostendit. Et præterea Martiani, & Modest. responsa non explicant. Quamobrem Antonius Augustinus, (7) Hispaniæ nostræ augustissimum iubar, hanc cullei legem à Pompeio magno latam non fuisse, ingenuè fatetur, fieri tamen potuisse, vt alia lege hæc eadem pœna imposita fuerit. Balduinus (8) autem, & Duarenus (9) quid Cornelia, quid Pompeia rogatio in parricidarum supplicium induxerit, se ignorare testantur, sed vt vt sit, Pompeium totam hanc rem rectius tandem composuisse, & certam de parricidis legem tulisse. Iacobus Cuiac. (10) in hoc eodem salo subsistens, nihil certius commentus, existimat, Cornelium Sullam aliquam de parricidij legem rogasse, quæ cum strictè, ad eas tantum personas pertineret, quæ propriè parricidij appellatione continentur, postea nova Pompei Magni lege, quam Martia-

(1) *Mart. in l. 1. D. ad l. Pomp. de par.*

(2) *Modest. in d. l. pœna.*

(3) *Iustin. d. §. alia deinde. inst. de public. iud.*

(4) *Accur. in d. l. 1. ad l. Pomp. & in d. §. alia deinde.*

(5) *Cota in memorab. verb. culleus. Hotom. ad ll. P. R. C. de l. Pomp. Prat. ibid. Rivar. de hist. iur. lib. 2. pag. 222. Tiber. Dec. lib. 9. crim. cap. 7.*

(6) *Paul. Man. de ll. Romanis, pag. 230.*

(7) *Ant. August. de ll. Rom. c. de l. Pomp.*

(8) *Balduin. in d. §. alia deinde, nu. 14.*

(9) *Duaren. ad tit. ad l. Pomp. de par.*

(10) *Cuiac. in parat. l. de his qui parent. & novis ad eum tit. recitat. & in notis ad Paul. li. 5. tit. 24. & in notis ad d. §. alia deinde.*

(11) *Martianus* in d. l. i. ad l. Pomp.

(12) *Constan.* in l. vnic. C. de his qui parent.

(13) *Modest.* in d. l. pœna.

(14) *Carol. Sigon.* lib. 2. de antiquo iur. Rom. cap. 5.

(15) *Ioann. Rosin.* lib. 8. antiquit. Roman. cap. 25.

nus (11) commemorat, latiore interpretationem accepit. Et tandem Constantinum (12) cullei pœnam more maiorum, ut ait Modestinus, (13) institutam, & usu iam abolitam, reduxisse. Carolus Sigonius, (14) quem Ioannes etiam Rosinus (15) refert, & sequitur, primam de his qui parentes occidissent legem, tum latam fuisse opinatur, cum Lucius Hostius patrem interfecit, aliquanto post Annibalis bellum; quam legem ipse putat fuisse huiusmodi: *Si quis parentes occiderit, ac verberaverit, ei damnato obvolvatur os folliculo lupino, solea lignea pedibus inducantur, & in carcerem ductus, ibi sit tantisper, dum pareatur culleus, in quem coniectus, in profluentem præcipietur.* Hanc legem putat L. Cornelium Sullam, constituta publica quæstione repetisse, & confirmasse, nihil autem addidisse. Pompeium verò postea, & in personis quibus irrogari deberet, & in supplicio ipso nonnulla mutasse. Sed & sunt (16) qui existiment, cullei quidem supplicium, iam inde à priscis temporibus, sive maiorum more, sive lege aliqua, ut nos magis probamus, in parricidas inventum; Pompeium autem virgarum sanguinearum verbera, & animalium, quæ simul cum parricida culleo insui iubentur, consortium addidisse; quæ omnia olim incognita fuisse, argumento est, quòd Cicero, Livius, Valerius, Plutar. & alij auctores, licet longè lateque de hac pœna tractaverint, nullam eorum mentionem habuerint; à Pompeio autem idcirco credi possunt inventa, ut de parricida non amplius tamquam de homine, sed bruto supplicium sumi videretur, quem ab hominibus ad feras, & eas quidem immundissimas & impijssimas relegarent. Ob quod pœnæ auctuarium, nō immeritò Iustinianus (17) totū huius animadversionis commentum adscribit Pompeio: & antiquum supplicium, ob partem denuò adiectam, novum appellat. Verum suos isthæc teneant auctores, ego qui nullius in verba iuravi, nec aliorum pedarius esse decrevi, quid in obscuro hoc articulo, aut verum, aut certè verosimilius existinem, proferam nunc, doctorum hominum (ut cætera quæ dixerim alia) iudicio subiectum, erga quos ea & fui semper, & modo sum observantia, ut vel spongiam illis liberè tradam,

qua,

qua, vel vna litura, quæ minùs aptè dicta censuerint, non emendare tantum, sed & delere facillè possint. Arbitror igitur L. Cornel. Sullam, anno ab vrbe condita 688. legem tulisse, quæ simul cum cæteris sicarijs, particulari quodam capite, in parricidij reos statuebat, vt & Pomponius, (18) iuris historiam tractans, videtur ostendere, & ex Imperatoria quadam sanctione (19) haud obscure colligitur: ac proinde cullei poenam, more maiorum parricidis imponi solitam, paulatim in vsu esse desijisse, quousque Pompeius Magnus, qui post Sullam floruit, anno V. C. vt Rosinus (20) tradit 698. peculiarem aliam de parricidijs legem rogavit, qua & totam hanc rem luculentius composuit, & forsitan, vt Hottomannus (21) advertit, vt certus deinceps huius criminis quæsitior esset, instituit: sanciens, vt parentum occissores, more maiorum speciali cullei poena punirentur. Fratrum verò, sororum, à latere cognatorum, vel affinium, poena legis Corneliæ de sicarijs. Quod satis Modestinus, (22) & Iustinianus ostendunt, & mihi Martiani responso non remorante, facillè persuadeo. Nam quod ille (23) ait, lege Pompeia caveri, vt qui generaliter, patrem, matrem, avum, aviam, & cæteras consanguinitate iunctas personas occiderint, ea poena teneantur, quæ est legis Corneliæ de sicarijs, ad primum planè legis Pompeiæ caput, vt satis ex Venuleio (24) colligitur, spectat, & pertinet; quo (vt in legibus tralatitium (25) est) antiquior dumtaxat lex Cornelia referebatur, tractabaturque: non tamen ita accipiendum est, vt non alio eiusdem legis capite, gravior poena parricidio, quàm ordinariæ cædi statuta fuerit. Si enim nihil aliud Pompeius statuisset, quam vt parricida lege de sicarijs teneretur, quis, rogo, non ineptam illius curam & sanctionem censeret? cum nulla planè posset dubitandi ratio assignari, ob quam, cum is, qui extraneum, & nulla sibi necessitudine iunctum hominem occidisset, Cornelianæ legis supplicio subderetur; is, qui parentibus, fratribus, aut similibus personis mortem inferret, ab eo esset immunis. Accidit igitur hic, quod de lege Licinia scribens, tradit Macrobius: (26) *In ea ferenda, quæ sitam esse legis auctoritatem, exolescente metu*

(18) *Pomp. in l. 2 §. deinde Corneliæ de origine iur.*

(19) *L. fin. ad leg. Cornel. de fals. in C. Theod.*

(20) *Rosin. vbi sup.*

(21) *Hottom. vbi sup.*

(22) *Modest. in d. l. poena. versic. qui alias. Inst. in d. §. a lia deinde. in fin.*

(23) *Martian. in l. 1. D. ad l. Pompei.*

(24) *Venuleius in l. hos accusare 12. §. item legis, D. de accusation.*

(25) *L. 1. ad l. Falcidiam. Vide Bernard. Vvalth. 2. miscel. c. 16. Alc. 5. parerg. c. 23.*

(26) *Macrobius lib. 3 cap. 17.*

legis antiquioris: ita ut de ipsis xij. tabul. factum sit. Quarum ubi contemni antiquitas coepit, eadem illa, quæ alijs legibus cavebantur, in alia latorum nomina transferunt. Neque quod iuxta hanc interpretationem, nimis generalia Martiani verba restringimus, quispiam causetur. Nam neque novum, aut insolens est, vnam legem per aliam exponere, & latè loquentem, certo aliquo modo restringere. Neque in ea de qua agimus materia, exemplo deficiamus. Sic etenim Paulus: (27) *Lege Pompeia, inquit, de parricidis tenetur, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patronum, patronam occiderit. Hi & si antea insuti culleo in mare precipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur, vel ad bestias dantur.* Quibus in verbis, valdè generaliter Paulus cullei pœnam ad eos omnes, quorum mentionem fecerat, retulit, quæ tamen, ut ex Modestino, & Iustiniانو resolvimus, non alijs quàm parentum occissoribus irrogabatur. Pompeius igitur legem Corneliam ad propinquorum interfectores sub certa aliqua forma reduxit: cullei verò pœnam, in eos qui parentes necavissent, renovavit, quod & Didacus Covarrub. (28) & Valentinus Forsterus, (29) post Accursium & Bartolum (30) sensisse quoque videntur. Et Iustinianus dum novam hanc cullei pœnam appellat, & Pompeia lege inductam fuisse significat, vel pro suo more facit, solet enim pœnas suo tempore usitatas, legibus ipsis, ex quibus crimen descendit, adscribere: ut legi Iuliæ de adulterijs pœnam capitis, cum tamen eius legis pœna fuerit relegatio, ut rectè Cuiac. (31) advertit, & Tiraq. (32) post alios quos retulit, adnotavit; vel ut melius cum eo agamus, novam hanc pœnam, non quasi à Pompeio recens inventam, sed quasi extraordinariam, inusitatam, & ut Constantinus (33) ait, non solemnem, vocavit: (34) aut, quod meæ sententiæ confectarium est, Pompeio cullei supplicium, tanquàm ab eo inventum, assignat, quòd illud lege Cornelia sopitum, iterum suscitaverit, & in forum reduxerit, personasque & causas, in quibus irrogandum esset, præfinierit. Nam, ut idem Iustinianus (35) prædixit, *omnia nostra merito facimus, quibus nostram auctoritatem impertimur, & qui laudabiliter factum emendat, laudabilior*

(27) Paul. li. 5. sentent. tit. 24.

(28) Didac. Covarr. in Clem. si furiosus in initio 2. p. nu. 12. in fine.

(29) Valen. Forster. lib. 1. hist. iur. civil. pag. 81.

(30) Accur. & Bar. in d. l. 1. ad l. Pompeiam. de parric.

(31) Cuiac. li. 5. sentent. Paul. tit. 23. in principio.

(32) Tiraq. in l. 13. connub. num. 6.

(33) Constant. in l. vnic. C. de his qui parent.

(34) Quod Cuiac. etiam tentavit in parat. C. de his qui parent.

(35) Iustinian. in l. 1. C. de veter. iur. enucl.

lior est eo, qui primus invenit. Neque raro accidit, ut qui aliorum inventa, vel in publicum edunt, vel exactius disponunt, totius sibi facti nomen, gloriam, & honorem usurpent, sic enim, ut Pomponius (36) scribit, Papirianum, & Flavianum Ius Civile dictum fuit, quod Sextus Papirius, & Gneus Flavius ediderunt, non quia ipsi de suo ibi quicquam adiecerint, sed quod leges sine ordine latas, in vnum redegerint. Sic etiam, ut eleganter ait Cassiodorus, (37) *Ceres frumenta dicitur invenisse, Pan autem primus conspersas fruges coxisse, perhibetur. Unde & nomine eius, panis est appellatus. Ita & illa predicata est, quæ reperijt, & iste laudatus est, qui decenter edenda humanis visibus applicavit.* Verum hoc parricidarum supplicium etiam post Pompeiam legem iterum in usu esse desisse, Paulus (38) in loco supra citato nos admonet, tradens suo tempore, iam, non ut antea, parricidas culleo insui, & in mare precipitari, sed ad bestias dari, vel vivos exuri; quo ex fonte manavit, ut Constantinus (39) Imperator, nova cõstitutione promulgata, rursus eandem poenã reduxerit, quam ad parentes etiam, qui liberos occidissent, quin & ad alias, ut multi putant, personas, extēdit, de quo tamē nos latiore, Deo duce, disputationē inferiùs inibimus.

CAPVT DECIMVM.

*De poena à Romanis in parricidas constituta peculiaris tractatio suscipitur. Parricidam ex Modestini sententia ante omnia virgis cadendum. Hoc ex Romanorum more factum videri, apud quos ultimum supplicium semper verbera præcedebant. Porcia, & Sempronia leges verbera à Civium tergo removerunt. Cur hæc parricidis non profuerint? Quid sit morte maiorum supplicium sumere? In instrumentis verberandi magnum fuisse Romanis discrimen. Virgis cives, flagris servos, vite milites cæsos.*



GE verò, & cum de poenæ temporibus, variisque mutationibus tractaverimus, ex ordine, ipsius supplicij partes, indagazione diligenti pandere conemur, & in lucem proferre. Ergo parricida ante omnia san-

(36) Pompon. in l. 2 in princip. & in §. deinde ex his, de orig. iur.

(37) Cassiod. lib. 6. variarum in formâ præf. annonæ.

(38) Paul. d. lib. 5. sentent. tit. 24.

(39) Constant. in d. leg. vnic.



(1) *Constant. d. l. v. nic. Iustinian. d. 5. alia deinde.*

(2) *Alfonfus Rex in l. 12. tit. 8. par. 7.*

(3) *Franc. Hottom. de legibus, c. de l. Pomp. de parric.*

(4) *Triboniani frequens hic mos, qui passim notatur ab Ant. Fabr. in suar. coniect. libr. Ant. Conti. 1. succes. c. 13. Corraf. 5. mis. c. 17. Revard. 2. var. c. 10. & 3. cap. 15.*

(5) *Livius lib. 1.*

(6) *Iosephus lib. 5. excid. cap. 32.*

(7) *Polybius lib. 1.*

(8) *Valer. li. 2. c. 2.*

(9) *Suet. in Claud. c. 34. & melius in Nerone cap. 40.*

guineis virgis cædi iubetur; quod licet auctores, qui de hac re agunt, silentio involuerint, & Constantinus (1) & Iustinian. (licet verbosè huius pœnæ formam explicent) prætermiserint, Modestinus tamen exprimit satis, & simul maiorum more institutum his verbis ostendit: *Pœna parricidij more maiorum hæc instituta est, vt parricida virgis sanguineis verberatus culleo insuatur, &c.* Et Alfonso noster, (2) in Regio Septempartito iure à Modestino mutuatus, ita scriptum reliquit: *Mandarón los Emperadores, è los sabios antiguos, que este a tal que fizo esta enemiga (Parricida nempe) que sea açotado publicamente ante todos, è de si que lo metan en vn saco de cuero, &c.* Et sanè quamvis Franciscus Hottomanus, (3) quicquid à Modestino præter culleum, in huius supplicij impositione mori maiorum tribuitur, à Triboniano sui temporis contemplatione habita (provt alia plura) (4) ex novis legibus additum putet: Ego iam tum Modestini tempore in vsu fuisse ea omnia, & hanc præsertim, de qua tunc loquimur, verberationem, magis opinor. Frequentissima quippè erat Romanorum consuetudo, vt flagellatio solemnis vltimi supplicij antecessor esset, & rarò quis, nisi verberatus, crucem, suspendium, securim, aut aliud mortis genus pateretur. Inde Livius, (5) legem horrendi carminis dicit, qua cavebatur, vt *perduellionis damnatus, intra, aut extra pomerium verberaretur, & infelici arbore postea suspenderetur.* Et Iudæi apud Iosephum, (6) *flagellati, & præcruciati ante mortem omne genus verberibus, crucifixi dicuntur.* Et Polybius, (7) vbi de militibus qui Rhegium iniusto bello occupaverant, & victi deinde Romam puniendi transmissi fuerant, loquitur: *Omnibus, inquit, in medio foro verberatis, ex Romanorum more, cervices præcisæ sunt, quam eandem historiam recensens Valer. (8) addit, Senaturn, quò minore cum invidia id perageretur, quinquagenos per singulos dies virgis cæsos, securi perculti iussisse.* Sed & Suetonius, (9) tum alibi, tum verò præcipuè in Nerone expressius eundem morem ostendit, sic inquit: *Inter moras perlatos à cursore Phaontis codicillos præripuit, legique se hostem à Senatu indicatum, & quæri vt puniatur more maiorum: interrogavitque qualis esset*

id genus pœnæ: Et cum comperisset, nudi hominis cervicem inferi furca, corpus virgis ad necem cadi: conterritus, duos pugiones quos secum tulerat arripuit, &c. Conducunt etiam in eandem rem, disserta alia, & perspicua bonorum auctorum testimonia, quæ Iustus Lips. (10) & Petrus Faber, (11) viri ingenij, & omnigenæ eruditionis ergo ab omnibus suspiciendi, affatim congesserunt. Qui ambo ex hoc more Iesum Christum Dominum ac Servatorem nostrum à Pilato, ante quàm Iudæis ad crucem concederetur, flagellis atrocioribus cæsum, doctè, vt solent cætera, notaverunt. Enimverò & si Sempronia, & Porcia legibus, Romanorum civium tergo consultum fuerit, cautumque, ne quis magistratus de capite civis iniussu populi iudicaret, eumve virgis caderet, sed damnato exilium permetteret, vt docet Cicero (12) illudens & cavillans in Labienum: *Porcia lex, inquit, virgas ab omnium civium corpore amovit; hic misericors flagella retulit: Porcia lex libertatem civium licitori eripuit, Labienus homo popularis carnifici tradidit.* Et alibi (13) Verrem accusans: *O nomen dulce libertatis! o ius eximium nostræ civitatis! o lex Porcia, legesque Sempronie! o graviter desiderata, & aliquando reddita plebi Romanæ Tribunitia potestas! hucine tandem omnia reciderunt?* Et vltra Ciceronem, Sallustius, Plutarchus, & alij, quos Romanarum legum scriptores (14) retulere. Adhuc tamen parricidæ propter sceleris atrocitatem, earum legum iure & honore caruerunt, & ab eis tantum crimen exceptum videbatur, nimirum quia iura civis ei reservari minimè debuerunt, qui ipse naturalia omnia, atque civilia iura, tam fœdo crimine violasset, vt non malè Hottomannus (15) animadvertit. Quò respexisse credendus est Tullius, dum in oratione pro Roscio, vetus in parricidio supplicium commemorat: necnon Modestinus (16) dum illud more maiorum imponi fatetur: Nec enim significat (vt iam alio loco explicavi) (17) pœnam hanc moribus, non legibus institutam; sed puniri ex lege Pompeia parricidas, de eisque supplicium sumi, sicut maiorum tempore fieri solebat: id est ante ius novum Porcia lege constitutum, quæ damnatis non animam eripi, non virgas inferri, sed

(10) Iust. Lips. lib. 2. de cruce, c. 2.

(11) Pet. Fab. lib. 2. Semestr. capit. 7. in prin. & cap. 6. paulò post princip.

(12) Cicer. in orat. pro Rabirio perduel. reo.

(13) Cic. in Verr. 7.

(14) Ant. Aug. c. de l. Porcia. Hottomannus eod. cap. & c. de l. Sempronia. Paul. Manutius pag. 142. & 116. Ioann. Rosin. li. 3. antiquit. c. 2. Cælius Rhodig. lib. 10. lect. ant. c. 5. Zanchus ad Sall. pag. 142.

(15) Hottom. d. c. de l. Sempron. de iure civitatis.

(16) Modest. in d. l. pœnult.

(17) Sup. cap. 8.

exilium permitti iusserat, eorumque corpora potestati car-  
nificis exemerat. Ita enim S. C. quo socios Lucij Catilinæ  
apud Sallustium more maiorum puniendos, sancitum est,  
hanc significationem habere doctissimus vir, & alijs æquan-  
dus pluribus vnus Alciatus, (18) adnotavit: & iuxta eandem  
sententiam Cornelius Tacitus (19) novis legibus, maiorum  
mores opponit: *Censuit, inquit, Marullus Consul designatus,  
reum more maiorum necandum: contra Thrasea differuit, car-  
nificem, & laqueum pridem abolita, & esse pœnas legibus con-  
stitutas, quibus sine iudicum sœvitia, & ipsorum infamia sup-  
plicia decernerent, quin in insulam publicatis bonis iret, &c.*

Quibus locis alia non minus expressa adiicit Petrus Faber,  
(20) cuius scrinia variarum rerum cognitione referta sup-  
pilare, necessarium non arbitror. Nec enim ex illis sum, qui  
vt Plautina illa mulier in Trucul. alienos fœtus, alienamque  
eunt prolem suppositum sibi: *Est enim benignum*, vt Plinius  
ait, (21) *& plenum ingenii pudoris, fateri per quos profeceris:  
obnoxij verò animi, & infelicis ingenij, apprehendi in furto  
malle, quàm mutuum reddere.* Illud super pondium fuerit,  
parricidam virgis quidem afficiendum esse, non flagris aut  
loris: nam hæc apud Romanos inhonestiora erant, & raro  
nisi in seruos vsurpabantur. Sic apud Terentium, (22) Sanio  
sibi intentata lora exclamat, & indignatur: *Ad necem ope-  
riente loris. San. loris liber?* Et ab hac nota seruilem Menæ  
conditionem Horatius (23) approbat:

*Seftus flagellis hic trium viralibus  
Præconis ad fastidium.*

Quem locum latissimè Petrus Faber (24) exponit, & Iustus  
Lipsius (25) in eandem rem simul cum alijs adducit, & Ho-  
ratius (26) idem alio loco non minùs eleganter ostendit, sic  
inquiens:

*In scalis latuit meum pendentis habena.*

Eòque (vt præteream alia quæ Cælius Rhodiginus, (27) &  
Barnab. Briffonius (28) latè notarunt) respicit Calistratus  
(29) I. C. qui flagellorum castigationem, grauiorem pœnam,  
quàm fustium admonitionem insinuat. Et Macer, (30) dum  
scribit: *Ex quibus causis liber fustibus caditur, ex eisdem ser-*

(18) Alciat. lib. 4.  
parerg. cap. 21.  
(19) Cornel. Tacit.  
lib. 14. Annal.

(20) Pet. Fab. d. lib.  
2. Semestr. cap. 7.

(21) Plin. in proce-  
mio natur. hist.

(22) Terent. in A-  
delph.

(23) Horat. Epod.  
Od. 4.

(24) Pet. Fab. lib. 2.  
c. 6. vidèdus etiam  
lib. 1. cap. 17.

(25) Iust. Lips. lib.  
2. de cruce, cap. 3.

(26) Horat. 2. e-  
pist. 2.

(27) Cæli. Rhod. lib.  
10. lect. ant. c. 5.

(28) Briff. verbo  
habena.

(29) Callist. in l. ve-  
luti 7. D. de pœn.

(30) Macer. in l. in  
seruorum 10. D. de  
pœn. facit l. in me-  
rallum 12. de iur.  
fisc. vbi latissimè  
Cuiacius.

vum flagellis cædi. Etenim in instrumenti genere quo quis vapularet, non parum discriminis constituebant Romani, & quædam verbera fervorum propria, libertorum quædã, quæ ab ingenuis aliena reputabantur. Vnde & Imperatores rescripserunt, (31) mulierem habere iustas divortij causas, si se verberibus, quæ ingenuo aliena sunt, afficientem maritum probaverit: Et Plinius, (32) de vite loquens, *Vitis ipsa*, ait, & in delictis etiam pœnam honorat. Erat quippè fustigatio quæ vite fiebat militum propria, nec omnium quidem, sed eorum olim tantum, qui cives Romani essent: Alij namque scelera sua flagellis, & virgis luebant, quousque Livius Drusus, & Caius Gracchus Tribuni plebis, ne liceret quemquam Latini nominis virgis afficere, sed vitibus, plebiscito sanxere, in hac re Latinos populos Romanis coæquantem, ut refert Plutarchus in Gracchis, & Petr. Crinitus, Alex. Hottom. (33) & alij notarunt. Ex quo ritu, vitam Centurionum, aliorumque militiæ ducum, & principum insigne fuisse, optime Petrus Pithæus, (34) & Iustus Lipsius (35) advertunt. Indèque lucem accipit Tacitus, (36) qui *Centurio*, inquit, *Lucillius interficitur, cui militaribus facerijis vocabulum, Cædò alteram, indiderant, quia fracta vite in tergo militis, alteram, & alteram poscebat.* Atque etiam Macer I. C. (37) qui de delictis militum agens: *Eum*, ait, *qui Centurioni castigare se volenti restiterit, veteres notaverunt: si vitam tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit,*

*capite punitur.* Sed & vngulæ etiam erant, & scorpiones,

& alia flagrorum genera, de quibus plene

Iacobus Durantius (38)

scripsit.



CA

(31) Imp. in l. consensu 8. C. de repud.

(32) Plin. de nat. hist. li. 14. cap. 1.

(33) Petr. Crinit. de honest. discip. lib. 22. cap. 2. Alex. genial. 4. c. 10. in fine Hottom. in indice legum Rom. c. de l. Livia de socijs.

(34) Pet. Pith. ad-versa. lib. 1. c. 15.

(35) Iust. Lips. lib. 5. de milit. Rom. dialog. 18. de. smog

(36) Tacit. libr. 1. annalium.

(37) Macer in l. milit. agrum 13. D. de re milit. (c)

(38) Iacob. Durantii libr. 1. var. cap. 15. quid

imp. C. in l. (1) bonis ced. post.

(4) ex. g. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

## CAPVT VNDECIMVM.

*Sanguineis virgis parricidam verberandum, Modestinum scribere. Has Accurs. & alios, quod sanguinem elicerent, sic dictas putare. Flagellum, in quo dolor inest, apud Ulpianum quid? Eius loci emendatio post Budaeum, & alios late probata. Dolon quid? Corrasij, Mantua, & aliorum, qui apud Modestinum Sagmineis reponunt, emendatio reiecta. Item & Rufardi, qui Saligineis. Sagmen quid? & sagminum vsus apud Romanos. Asserta vulgaris Modestini lectio. Sanguinea virga, quae? & vnde sic dicta? Arbores infelices, quae? Lictorum fasces, an ex istis virgis sanguineis?*



**V**IRGIS itaque ex more parricida, antequam culleo insuatur, affici debet, quas & sanguineas fuisse ex Modestino retulimus. Sed multi, quibus istarum virgarum appellatio, non magis nota fuit, quam Achillis nomen inter virgines, verba haec varijs interpretationibus, & emendationibus obscurates, mihi hac etiam in re subsistendi, & verum Modestini sensum, eorum delirijs explosis, aperiendi, necessitatem injciunt. Et vt ab Accursij, (1) expositione initium dicendi faciam, is, quem reliqui antiquiores magis communiter probant, virgas istas ideò sanguineas appellari existimat, quod sanguinem a flagellati corpore elicerent. In cuius sententiae confirmationem Marcus Mantua, (2) similes alias loquendi formas adducit; mortem nempe pallidam, & infelicem invidiam dici, quod illa homines pallidos reddit, ista infelices; & miserabile remedium celsionis bonorum, (3) quia miserum facit cedentem. Neque deest eiusdem Accursij exemplum, quo magis aptè superior explicatio corroboretur. Is enim Alfeni (4) verba, quibus Tabernarius quidam à prætereunte, flagello in quo dolor inerat, verberatus proponitur, pari interpretatione donavit, & in flagello ideò inesse dolorem dici, quod alijs dolorem inferret, sibi persuasit. Sed ego, vt in poetarum, & rhetoricorum hortulis similes loquendi flo-

(1) Accurs. in d. l. poena, ad l. Pomp.

(2) Marci Mantua in Enchir. rerum singul. lib. 5. c. 101.

(3) L. fin. C. qui bonis ced. poss.

(4) Alfenus in l. si ex plagis 52. §. 1. ad l. Aquil.